

funt pauperibus eroganda. Sed occurrunt nonnulli, & etiam illicitè data, iis, qui dederunt, restituenta contendunt, quia non est eorum translatum dominium, & vt eo priuentur debet condemnatoria, aut saltem declaratoria sententia precedere. Et hoc vltimum tenent P. Palauſ supra num. 10. & Diana s. Videndum.

Verosimilius redendum etiam Ecclesia.

Cap. Exigit.

Quid de data à Parocho suo nomine. Vbi cum distinctione responſio.

Ecclesia, est non grauatæ, cur fieri debeat restitutio.

Notanda doctrina ex defectu rationis in presenti, que alia arguit.

17 Et prædicti quidem dicendi modi probabiles sunt id autem verosimilius apparet, quod ex Constitutione ipsa videtur non obscure deduci, dum in ea dicitur reddendum Ecclesiæ, à qua receptum est: pro quo & est illud in eadem Nouerint se suspensos quousque de duplo huiusmodi grauatæ Ecclesiæ plenariam satisfactionem impenderint. Quomocumque ergo sumatur Ecclesia, iuxta num. 10. & præced. illi restitutio facienda est, quia in eo est grauatæ. Si autem Parochus, neque Ecclesiæ nomine neque Communitatis, ad quam spectet Procuratio, sed suo dederit, & id licitè, valde verosimilis est sententia Alfonso à Leone de Censuris, Recollet. 4. lit. M. verb. Munera, eidem esse reddendum: quia vbi delictum non interuenit, neque pœna esse debet; immò hoc videtur penitus exploratum. Si autem illicitè, restitutio est Ecclesiæ faciendæ, quia sic Constitutio determinat, complectens casus omnes eidem adaptabiles, vbi sine innocentis præiudicio id stare potest. Et licet de Ecclesiâ tantum videatur loqui, inde ad alios argumentum deriuatur: & ita reddendum Communitati quatenus grauatæ est. Ei ergo, qui est grauatæ, restitutio faciendæ. Atqui Parochus grauatæ non est, quia ipse sponte dedit: ergo iuxta Constitutionis mentem non est illi faciendæ restitutio. Cum ergo illi faciendæ non sit, debet equidem Ecclesiæ fieri aut pauperum subuentione, aut piorum aliorum operum effectione: Si dicas, Ecclesiam non esse grauatam, & solum erga grauatæ restitutionem indici. Respondeo, licet grauatæ Ecclesia non sit, ei tamen restitutione faciendæ, quatenus pro grauatæ & nõ grauatæ idem restitutionis modus assignatur. Quod ex eo vltimè ostenditur: Nam, vt n. 10. probauimus in Constitutione prædicta non solum agitur de acceptis ab Ecclesiis, sed à quocumque alio ex visitatis: ergo cum pro illis nullus alius assignetur, cui debeat restitutio fieri, nisi Ecclesia, fit ei dem faciendæ esse: aliàs neque per sententiam eidem faciendæ erit, quia grauatæ non est: & tamen faciendæ esse per sententiam Auctores illi fatentur, & tantum declaratoriam criminis exigunt: declaratoria enim criminis ad crimen accipientis refertur, non ad dantem, cui nulla assignatur pœna: ergo non debet dominio rei propriæ priuari. Quod autem dicitur de necessitate sententiæ, sine qua nullus priuari rei suæ dominio potest, ex dictis circa primam Assertionem refellendum est; eum fit adeo verosimile Constitutionem in conscientia obligare, quod præter Citatos tenet etiam Nauarrus Consilio citato num. 5. Et in hoc quidem, præterquam quod mens videtur expressa Pontificum, deficit ratio illa, propter quam dicitur pœnas huiusmodi non obligare in conscientia; quod scilicet iam esset quis pœnæ executor circa se ipsum: id enim non accidit in presenti; quandoquidem is, qui dedit, solum habet ratione pœnæ vt non recuperet, quod iam ipse à se abalienauerat, in quo negatiuè se gerit:

non ergo ex eo capite quidquam est quod obſtet, iuxta veriore sententiam loquendo, de qua in prima Assertionem.

18 Dico Septimò. Si quis id, quod ab aliquo accepit, eidem restituat, & ille ipsi redonet omnino sponte finito officio, talis redonatio nullius est momenti, quia restitutio est Ecclesiæ faciendæ. Contrarium sentit Diana supra in fine. sed id procedit ex eo quod teneat restitutionem faciendam ei, qui dedit: finito autem officio nullum est obstaculum receptioni. Sed cum contrarium vt probabilissimum sit propositum, iuxta illud philosophandum est, licet Dianæ sententia non careat probabili aliquo fundamento.

Assertiones alie circa absolutionem à pœnis ob illicitam receptionem incurſis.

19 Dico octauò. Habens facultatem absoluenti à suspensione dicta, quando restitutio ultra mensem differtur, probabiliter loquendo, potest tollere pœnam restitutionis, quoad omne id, quod pœnale in illa est. Est autem pœnalis redditio dupli, & etiam simpli, quado omnino gratis datum est, iuxta dicta. Negat hoc Nauarrus Consilio citato num. 4. & 5. de facultate sacræ Pœnitentiariæ loquens, quia illius facultas, & similes, non sunt nisi pro foro conscientie tantum, pœna autem dicta non pertinet ad illud: & præterea tantum est ad absoluentem à pœnis Ecclesiasticis, non autem ad tollenda grauatæ in præiudicium tertij, quia id necessarium non est ad Sacramenti Pœnitentiæ administrationem. Sed affirmant alij, ex quibus P. Sa

Assertio 7. Quod restitutio, posse redonari.

Assertio 8. Quidquid pœnale, in restitutione posse tolli ab habente facultatem absoluenti à suspensione.

P. Sa.

Probatio ex recepta doctrina de commutatione votorum pœnalem.

verbo Suspendio ipſo iure, num. 15. sic ait: Quod si absoluentur à pœnitentiâ absoluerit, non tenentur ad duplum. Quod autem non obſtet, in eo iuri tertij aliquomodo derogari, ex communi aliâ doctrinâ roborari potest, quam tradunt scribentes in Bullam Cruciatæ, dum aiunt, Confessarium virtute illius posse commutare votum pœnale quoad pœnam pecuniariam ex eius fractione incurſam. Sic plures, quos adducit Diana Parte 1. Tract. 11. Resol. 46. & idem dicendum de aliis similibus facultatibus, qualem habent communiter Regulares. Ratio illorum est; quia talis pœna obligauit ex vi voti à principio; quod cum commutari possit, etiam & pœna. Neque in hoc ius tertij violatur, quia ex pura promissione non acquiritur, quod propriè ad iustitiam spectet; vt communiter Doctores tenent: estque illud in promissionibus pœnalibus certius, quia minus voluntariæ sunt, propter quod etiam in votis pœnalibus facilius est dispensatio: & quæ referuata aliàs sunt, cum pœnalia deprehenduntur, dispensationem more non referuatorum accipiunt, sic asserentibus plurimis, de quo dictum. Tit. 12. num. 464.

20 Hoc autem non videtur præſenti casui accommodari posse, quia in ordine ad ea, quæ restituenda sunt, est ius in illis, quibus faciendæ est restitutio: per Constitutionem enim Pontificiam ipsi applicantur, iuxta dicta num. 10. vnde cum integrè redduntur, dicitur plenaria fieri satisfactio, vt vidimus num. 17. Satisfactio autem proprium iustitiæ dicitur in eo, cui faciendæ est.

Non bene casus præſentis accommodari ostenditur.

Præter-

Præterquam quod id, quod de commutatione voti dicitur, locum non videtur habere posse; quia ibi obligatio soluendi pœnam oritur à voto: in casu autem nostro obligatio similis non oritur à suspensione, sed suspensio cadit supra obligationem ipsam in conscientia vrgentem, iuxta dicta Assert. 1. eo quod ultra mentem fuerit dilata redditio, & plenaria satisfactio esse debeat. Et idem est de pœnâ Interdicti, quæ Prælati superioribus imponitur. Et quidem ante elapsum mensem, & incurſum Ecclesiasticum vinculum tenentur omnes dicti pœnam soluere, à qua obligatione nullus absolueri potest. Si ergo elapso mense incurſatur, & ita pœna prædicta possit illis simul cum absolutione ab Ecclesiastica Censurâ remitti, iam ex dilatione solutionis, & incurſione pœnæ, commodum reportatur, quod non videtur vllatenus admittendum.

Nihilominus probabilitas sustinetur, & fundatur amplius.

21 Et prædicta quidem satis vrgentia sunt, vt non possit cum absolutione pœna prædicta remitti: nihilominus ad fundandam probabilitatem ita sententium, illud suffragari potest, quod licet pœna à lege Ecclesiastica applicetur, non est tamen penitus exploratum in Ecclesiâ, verum ex tali applicatione ius iustitiæ resultare, etiam in conscientia debeat: tantum enim imponitur obligatio eam soluendi; quod stare sine rigore iustitiæ potest, sicut stat obligatio soluendi pœnam ex voti violatione incurſam in casu dicto. Quando autem obligatio non est certa ex titulo iustitiæ, sine iniuriâ stat priuatio, vnde & absolutio, quam comitari potest, non tollit propriè ius tertij, quia ius propriè dictum illud tantum est, quod à iustitia vt proprium obiectum respicitur. Licet autem ex incurſione Censuræ commodum huiusmodi reportetur, id videtur esse per accidens, eo quod qui absoluit, cuius potestas ad obligationem Ecclesiasticæ vinculi directè tendit, pœnam nondum solutam inuenierit. Cum enim beneficium Principis sit, latè interpretandum est, iuxta regulam Iuris notissimam: vnde non solum ad Censuram, sed ad pœnam etiam extendendum.

Assertio 9. circa absolutionem ab Interdicto, per Bullam, & priuilegia.

22 Dico nonò & vltimò. A pœnâ Interdicti, de qua num. 9. absolui possunt, qui in eam incurſerunt, virtute Bullæ Cruciatæ, & virtute priuilegiorum Regularium. Primum constat ex tenore ipsius Bullæ, & secundum item ex peculiaribus concessionibus, in quibus ferè omnes communicant: neque enim illi peioris debent esse conditionis quam alij. Et ita quod ad Bullam attinet, communiter tradunt scriptores, ex quibus videri possunt Trullench Lib. 1. s. 7. Cap. 2. Dub. 16. Villalobos Tractat. 27. Clausula, 9. s. 2. num. 26. P. Mendus Disput. 25. num. 112. P. Escobar de Mendoza Tomo 1. Problematicarum disquisit. Lib. 7. num. 102. & alij, quos citant. Quod verò ad priuilegia spectat videndum apud P. Suarez Tomo 4. de Religione, Tractat. 10. Lib. 9. Cap. 2. num. 23. Et hoc procedit, si opinione probabili, de qua Assert. 8. se velint prædicti tueri; aliàs namque non est refugium illud necessarium. Cum enim reddere, quod lege præscribitur, teneantur, absolui nequeunt, nisi post satisfactionem; eâ autem factâ non videtur absolutio necessaria: quia Interdictum impositum, dum aliquid ab Ecclesiâ præceptum non sit, eo facto cessat sine alia

absolutione, vt aduertit Glossa circa citatum Caput. Exigit, verb. Quousque. Et in Cap. Si qui sunt. 81. dist. verb. Emendem. Pro quo & videri possunt Auctores, quos adducit Diana Parte 5. Tractat. 10. Resol. 74. Quia verò Censura sine absolutione non tollitur, dicendum in prædicto casu à iure absolui eum, qui tandem præceptum impleuit, vt loquuntur citati: si enim lus interdicere potest, cur non & absolueri?

CAPUT III.

An vsus quorundam Indicorum Episcoporum probari debeat, qui Visitatores secum ducent, dum ipsi per diocesim discurrunt.

23 A Doctis, & pijs sic factum videns scio autem an semper pietas hæc, iuxta Apostolum, sit ad omnia vtilis, quæ vtilitati præcipue temporali Visitatorum videtur militare. Vnde aliquos ex iis satis nummatos ex hoc euasisse ministerio certa experimenta demonstrant. Non video autem vnde hæc possint emolumenta procedere. Procuratio enim geminari nequit (si tamen & illa esse lucrosa potest) vt & sua Episcopo, & Visitatori sua etiam tribuatur: cum vnam tantum esse reddendam, expressum habeatur in Cap. Felicitas, de Censibus, &c. in Sexto. Quod si Episcopus Confirmationis tantum Sacramentum administraturus diocesim obeat, suis id sumptibus debere facere Concilium Tridentinum videtur statuisse Sessio 24. Cap. 3. de Reformat. dum Procuracionem tantummodo ex titulo Visitacionis concedit: & ita declaratum à sacrâ Congregatione Cardinalium videri potest apud Barbosa ibi, & Allegat. 73. num. 53. de Potestate Episcopi. Vbi alios adducit: quod & notauit ante illos P. Sa. Verb. Episcopus, num. 14. Neque videtur fieri satis, si dicatur Episcopo & Visitatori eadem victualia ministrari, neque inde sumptus eorum, qui visitantur, augeri, quandoquidem Visitatori seorsim visitanti deberentur: cum certum sit splendidiorem procuracionem Episcopis exhiberi. Præterquam quod ex victualium exhibitione nullus ditescere potest; cum tamen, vt diximus, Visitatores prædicti non modica ex visitatione pecuniarium emolumenta consequantur. Videtur ergo res ista grauidis conscientis opportuna.

Specialis doctrina circa absolutionem ab Interdicto.

Vsus quorundam, & difficultas circa illum.

1. Tim. 4. v. 8.

Instans debetur procuratio, & hac visitanti, & non tantum Confirmationi.

24 Dico primò. Vtus prædictus iustificari potest, si Visitatores timorata conscientie sint, & vt tales cogniti, & qui ad expediendam breuius Visitacionem, & minus grauidam visitatos, sedulam operam conferre possint. Et splendidiior quidem Procuratio tunc Episcopis attribui potest, & ab eisdem turâ conscientia admitti: quia & visitare dicuntur, cum ad ipsos grauidiora negotia referantur, & Visitatoribus assistant, vt suo illi muneri melius satisfaciant. Circa quod, cum ex zelo boni communis agitur, & Episcopi non suam, nec suorum, sed Dei causam spectare penitus comprobantur, non est scrupulus iniiciendus, cum aliquid hac in parte eorum sit relinquendum arbitrio, nec temporis ita limitanda

Assertio 10. vnde iustificari potest.



momenta, quæ & Pater pro bono communi Ec-  
clesiæ in eorum potestate. In quo & ipsis  
cum docti sint, & doctorum regantur consilio,  
facile poterunt scrupulis aditum occludere, vel,  
si subintraverint, propulsare. Si autem, quod  
absit, caro & sanguis, quibus regni Dei possessio  
edictis cœlestibus denegatur, in visitatione se  
immisceant, iterum iterumque monebo, ut vi-  
deant ij, qui pro munere oculi esse in Ecclesiâ  
debent, quomodo ea lucra Visitatoribus obue-  
niant, quæ Episcopis visitantibus neutiquam, ser-  
uatis iustitiæ legibus, obuenirent. Leuamen enim  
laboris in illis non debet in eorum grauamen,  
qui visitantur, redundare.

Assertio 2.  
unde emolu-  
menta  
prouenire  
possint.

Peculiaris  
difficultas.

Liberalitas  
si que ratio  
debiti non  
reputatur.

Assertio 3.  
constrach-  
ritatem in  
prædictis  
Reccari.

Non videtur  
grauis pec-  
catum ex  
titulo do-

exemplum. Et P. Lessium Lib. 2. Cap. 47. num.  
61. Quamuis in casu nostro non ex eo solum  
capite philosophandum sit quod in donationibus  
peccatum admisceatur, potest enim non admi-  
sceri, iuxta dicta; sed ex eo quod damnum visi-  
tationis generaliter inferatur; quemadmodum iux-  
ta probabilem sententiam, de qua Titulo 1.  
numer. 157. monopoliâ exercentes non peccant  
contra iustitiam, sed contra charitatem: & qui-  
dem grauius ob commune detrimentum Reipub-  
licæ; quod tamen ex iustitiâ non tenentur vita-  
re. Et similiter qui sine vi & fraude Nouitium  
à Religione extrahit, vt docet Cardinalis To-  
letus Lib. 5. Cap. 19. num. 4. Vbi tamen peccatum  
grauis sponte exeuntis non interuenit. Sic ergo  
grauis scrupulo non caret modus procedendi E-  
piscoporum, de quo agimus; cum constet visita-  
tos grauari donationibus, etiamsi absolute sint  
spontaneæ, dum illis occasiones, quæ vitari faci-  
le ab Episcopis poterant, obruduntur. Vnde  
illud Davidis ad Absolomem conuiuium valde  
spontaneum: vt bonus arbitrabatur parens,  
offerentem: Noli sibi mi, noli rogare, vt veniamus  
omnes, & grauemus te. 2. Reg. 13. v. 26. Nisi  
forte dicatur ex eo respectu condemnationes esse  
leuiiores: quod & ipsum scrupulo non vacat:  
vt scilicet Parochorum culpis leues imponantur  
pœnæ, cum mereantur grauiiores: sic enim per  
leuia remedia morbi amplius ingrauescunt. Et  
à ratione prorsus alienum est, vt Ecclesiastica  
censura in nepotum ac familiarium emolumenta  
conuertatur. De quo hæc satis.

nationis  
etiam in  
modica sine  
sed ex com-  
muni dam-  
no.

Exemplo  
Monopolio-  
rum & Non-  
uitium a-  
vocantur.

2 Reg. 13.  
v. 26.

Pœna in  
id absurde  
conuenit.

CAPVT IV.

De nonnullis alijs circa Visitatores.

27 Concilium Limense tertium A. 4. Visitatio-  
nis tempore  
Parochorum  
presentem  
non futu-  
rum.  
Cap. 3. præcipit, vt dum informa-  
tiones secretæ fiunt, is, qui visitatur,  
abesse cogatur, vt Indi liberè valeant de suis Pa-  
rochis querelas proferre, & sibi factas læsiones  
iniustas denuntiare. In quo quidem manifestum  
est grauius Visitatores delinquere, si secus fe-  
cerint; aliàs siquidem Visitatio fructus vix  
erit illis, & miselli isti suis sub grauaminibus  
contabescunt. Additur à Concilio sic: Interim  
dum Parochus absens est, alius, si commodè fieri queat  
Pastoris officio fungatur. Sic ibi. Quid ergo si  
commodè fieri nequeat? Non equidem pro-  
pterea Parochus sustinendus; sic enim, vt dixi,  
non valebunt Indi liberè conquiri, & frustra-  
nea reddetur visitatio. Visitator ergo ipse munus  
Pastoris obibat, vt in Diœcesanâ Synodo Limen-  
si Lib. 1. Titulo 7. Cap. 10. decernitur: quod qui-  
dem non sine inconuenientibus fortè constabit.  
Licet enim paternum erga Indos, quos defen-  
surus pergit, debeat affectum præferre, vnde  
& ipsi pro remedio animæ ad eum non verebun-  
tur accurrere; strepitus tamen ille iudicialis minus  
opportunitus est, & rerum occurrentium instan-  
tia, in causâ erunt, vt Indi ad eos pro remedio di-  
cto, dum occupatos vident, accedere reformident.  
Præterquam quod periculum est ne, vt obuen-  
tionum emolumenta reportent, visitationis tem-  
pus

Concilium  
Limense 3.

Quis eius  
loco futu-  
rus.

tempus protrahant. Vbi dubitari potest an om-  
ni fraude doloque cessante obuentiones integre  
reportare possint, si præsertim Parochi fideles  
tandem suo in officio deprehensi fuerint, neque  
aliquâ fuerint condemnatione mulctari. Et asser-  
matuè videtur respondendum, quia altari ex in-  
tegro deseruiunt, vnde & integrum debent serui-  
tij sui fructum obtinere. Quod autem Parochi in-  
culpato inueniantur, nihil obstat, quia absentia ta-  
lis, in qua altari non seruiunt, est quid consequens  
eorum officium. Quod si ratio innocentie valeret,  
fieret ex ea neque partem emolumentorum illis  
esse detrahendam. Et id est Diœcesanæ Synodo  
Limensi conforme Lib. 3. Tit. 2. Cap. 1. Vbi dicitur  
doctrinarium in diebus absentia: non lucrari  
stipendium, etiamsi absit cum licentiâ: quod de  
obuentionibus saltem accipiendum. Et Pacensi  
etiam Lib. 3. Tit. 4. Cap. 1. statuenti substitutum  
omnes habiturum obuentiones, neque circa hoc  
conventionem admittendam. Ex Synodo autem,  
seu annuo salario, nihil videtur detrahendum,  
quando visitatio breui concluditur: si autem diu  
protrahatur iustis de causis, secus dicendum est,  
in quo arbitrium Episcopi requirendum. Sicur  
enim vacante Parochiali Ecclesiâ ad Episcopum  
spectat Vicarium designare, congruè eius ar-  
bitrio fructuum portio assignata, vt decernitur  
à Concilio Tridentino Sessio 24. Cap. 18.  
de Reformat. Ita etiam in casu præsentis, & simi-  
libus dicendum: quia omnium eadem ratio est,  
vnde & eadem debet esse dispositio. Neque  
contra hoc facit id, quod habet Dom. Solorza-  
nus Tomo 2. Lib. 3. Cap. 15. num. 52. & in Politicâ  
Pag. 61. 9. §. Circa de. Vbi adductis Regiis schedu-  
lis affirmat talibus esse integrum stipendium red-  
dendum per quatuor menses: id enim tantum  
intelligendum quando Parochus est ab officio  
suspensus; aliàs enim alimentis priuari nequit.  
Integrum stipendium intelligitur congruum, &  
labori respondens, attentâ proprietarij necessi-  
tate.

Synodus  
Limensis.

Synodus  
Pacensis.

Pœna visi-  
tatoris cau-  
sus iniquè  
transigen-  
tibus.

Illius con-  
uentionia  
ex P. Iose-  
pho Acofta.

collusionem cadat, & Visitatorum, ac eorum,  
qui visitantur, commune crimen importet, ab  
ea liber erit, qui suâ tantum peruersitate eo in  
negotio vitur, & ob fines prauos iudicium  
corrumpit, visitatis nihil cooperantibus, et-  
iamsi post confectos processus aliquid ab illis  
accipiat, de quo pactio nulla præcessit. Id  
quod verba ipsa Concilij satis insinuant, dum  
dicitur: Aut iniquâ collusione cum visitatis, eorum  
vitia dissimulauerint. Non ergo dissimulatio  
quæuis pœnâ dictâ feritur, sed ea, quæ ex  
iniqua collusione procedit. Quod quidem iux-  
ta communem doctrinam est, & vulgaria iu-  
ra de restringendis odiis, & pœnalibus statu-  
tis. Vnde multò potius idem asserendum,  
quando quis ex indiscreto zelo occultari curat  
Parochorum vitia: aliqui enim tales sunt, qui  
in eo arbitrantur obsequium se præstare Deo,  
re ipsa Iuris Canonicas dispositiones, & Con-  
ciliarum Decreta damnantes, eorumque zelo  
suum præferentes, vt qui Ecclesiasticorum ho-  
nori plus sibi consulere videantur. Sed certè in-  
tolerabilis est ista præsumptio, & quantum o-  
porteat vt Ecclesiastici pœnarum frano in offi-  
cio contineantur, res ipsa clamat, & notant Do-  
ctores in Cap. Ad reprimendam, de officio iudicis  
Ordinarij. In prædictis ergo graue peccatum est,  
sed Excommunicationis pœna solum iuxta pro-  
positam Concilij formam limitanda. Et quia re-  
seruata non est, à quolibet poterit Confessario  
legitimè exposito, submoueri.

Si collusio  
desit, vnum  
malitia ad  
illam non  
sufficit.

Contra a-  
liquorum  
indiscretum  
zelum cir-  
ca honore  
Ecclesiasti-  
corum.

Testifica-  
tionibus  
Indorum  
qualiter  
deserendâ.

Concilium  
Limensis 3.

Ordinatio  
pro Peru-  
nians, &  
an illi se  
conformare  
debeant  
Ecclesiasti-  
ci. Vbi pro  
parte asser-  
matuè ar-  
guitur.

29 Quia verò processus per testificationes  
Indorum confici potest; immò multoties per  
solas illas: quid tunc præstandum sit, prouidè  
& sapienter cautum ab eodem Concilio Actio. 4.  
Cap. 6. in quo sic concluditur: Denique ubi ne-  
cessitas exigendi testimonij vrgens fuerit, & ex  
solo Indorum testimonio respondeat, perpendat quan-  
tum fidei talibus debeat adhibere, quos facile ad  
peierandum induci notum est. Sic illud: Quod  
dum facilitatem ad peierandum in his gentibus  
notam affirmat, satis declarat non esse eundem  
numerum testium sufficientem ad concluden-  
dum contra aliquem, qui iuxta receptas Iuris  
regulas aliàs sufficiens haberetur. Circa quod  
pro Peruanianis extat Ordinatio DD. Francisci à  
Toledo Peruanian Proregis, quam & alibi obser-  
uari affirmat Dom. Solorzanus Tomo 2. Lib. 1. Cap.  
27. n. 57. iuxta quam lex Indi vnum integrum tes-  
tem conficiunt. Vnde dubitari potest an Visita-  
tores huic se debeant stylo conformare, vel turâ  
conscientiâ possint aliter procedere, ac minori tes-  
tium numero esse contenti. Et videtur equidem  
asserendum prius: non quidem ex eo quod Or-  
dinatio dictâ Ecclesiasticos iudices liget ex vi di-  
rectâ, & iurisdictionis alicuius titulo, quod meri-  
tò negabunt omnes rectè sentientes: sed ex illius  
ratione, quæ pro omnibus tribunalibus idem vi-  
detur habere momentum. Viri enim experti &  
docti sic censent, vt non maiorem fidem lex me-  
reantur Indi, quàm vnus testis integer: in iud-  
icio autem Ecclesiastico, cum non mutentur res,  
& de fide adhibendâ agatur, eodem est modo sen-  
tiendum. Quemadmodum rerum pretium idem est  
respectu illorum & laicorum: quia attentâ rerum  
vendibilium conditione, viri eo in genere experti  
& sani iudicij, tale pretium iustum arbitrantur.